

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput X.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)



iam iurari et statui, terrena cuncta despi-  
cere, quod omnem affectum meum in te uno,  
vero, ac summo bono meo collocem, tibiq; in-  
separabiliter adhaeream.

psal. 118.

3. Alii igitur alia querant, alia desiderent,  
unum ego Deum meum, qui est summum bo-  
num, quero: unum Deum, qui est bonum  
bonorum omnium desidero, o Deus meus et  
omnia! Aliis terrenas delicias, saeculi volupta-  
tes, mundi honores non invideo, ultro relin-  
quo, Deum ego habeam, et omnia habes o  
Deus meus et omnia! Neque enim vel dicere,  
vel cogitare majus possum, aut melius, quam  
hoc ipsum: Deus meus et omnia! Mihi Deus  
est epulatio, mihi delectatio, mihi voluptas,  
mihi divitiæ, mihi deliciae, mihi quies, mihi  
thesaurus, mihi Deus est omnia.

q. Millies hoc dica,  
millies hoc cogitabo,  
millies hoc repetam;

Drexel in suo  
horol.

Caput x

Continuatio earundem  
aspirationum.

1. Si caelum et terra, et omnia quae in eis sunt,  
bona mihi videntur, quanto melior mihi  
videri debet, qui fecit ea, omnia enim bona  
fecit ipse Deus; ipse autem est bonus, quem  
nemo fecit. Ille bono suo bonus est, et a  
se ipso bonus est, et ideo summum bonum est.  
Bonum hoc quare anima mea. Summum  
bonum, infinitum bonum, immensum, hoc est  
suum bonum. Quid ei deest, cui summum  
bonum bonum est? Quid ultra appetere potest,  
cui infinitum bonum, immensum bonum,



et bonam bonorum omnium bonum est.  
O possideam te, o fruar te summum bonum  
meum, gaudium meum, consolatio mea, spes  
mea, delectatio mea, vita mea salus mea,  
Deus meus et omnia.

Exod. 33. Dulcissime Deus dixisti: ostendam omne bonum  
tibi: hoc bonum desidero, hoc bonum requiro;  
et quodnam illud, nisi tu Domine Deus meus,  
tu es enim omne bonum, summum bonum,

August. solil. c. 11. unicum bonum. O Deus supra quem nihil,  
extra quem nihil, sine quo nihil, Deus sicut  
totum est; in quo totum est, cum quo totum  
est; Deus beatitudo, in quo, et a quo, et per  
quem beata sunt omnia. Deus bonitas, et  
pulchritudo, in quo et a quo, et per quem bona  
et pulchra sunt, quae bona et pulchra sunt omnia.  
Te invoco, te adoro, te laudo, te benedico, te  
diligō, te tota mente requiro. Ah moveat  
te suspirium meum, inebria me sobrio amo-  
re tui, ut solo hic corpore detentus, libera-  
mente transvolam ad te unicum bonum et  
thesaurum meum.

Bonum omnes appetunt; at pauci verum  
bonum inveniunt; quia illud ubi deberent  
non inquirunt: apud Deum, o anima mea,  
quare, quod vere bonum est, ibi est, quid  
quid amas: si vis divitias: gloria et divitiae  
in domo eius. Si sapientiam: in eo sunt  
omnes thesauri sapientiae, et scientiae abscon-  
diti. Si honores: amici Dei honorati sunt  
nimis. Si delectat pulchritudo: in Deo ful-  
gebant iusti sicut sol. Si nobilitas: qui ad-  
haeret Deo: quod nihil nobilius, et unius spiritus

psal. 111  
colos. 2.

psal. 138  
Math. 10.

1 corinth. 2.



sus est cum illo. Si vitam cupis eternam: iusti Sapient. 9.  
 in perpetuum vivent. Si sanctam inebrietate:  
 inebriaberis ab ubertate Domus Dei. Si castam psal. 39.  
 voluptatem: torrente voluptatis sue potabit te ps. eod.  
 Dominus. O qui hoc bono fruitor, quid illi est,  
 et qui eo caret, quid illi non est? nempe Deum  
 habenti omne bonum est, et eo carenti non om-  
 ne bonum, sed omne malum est. Perdit igitur,  
 quod vivit qui se non diligit, O bone Deus! qui  
 tibi vivere recusat mortuus est; qui tibi non  
 sapit, desipit. Misericordissime tibi me commendo,  
 per quem sum, vivo et sapio, Te cupio diligo,  
 adoro. Ah ardeat in amore tui cor meum, requiescat  
 in te anima mea, O Deus meus et omnia.

S. Aug. Sol.  
 c. 1.

Caput XI.  
 Aspiraciones ad Deum  
 ob eius presentiam.

Credo Domine te ubiq; presentem per essen-  
 tiam, per inspectionem, et per potentiam. Per  
 essentiam, quia Maiestas tua per se ipsam omni-  
 bus profus creaturis inest; plena est enim om-  
 nis terra gloria tua id est, maiestate tua. Isai. 6.  
 Per inspectionem vero ades omnibus, quia omnia  
 perspicis, omnia vides, nihilq; tam occultum, quod  
 oculos tuos fugiat, scrutans corda et renes Deo. psal. 7.  
 Deniq; per potentiam ubiq; es, quia cuncta  
 sustines, omnia gubernas universiq; rebus pres-